[...]cellit eius? qui contemnat populum hebreorum
qui tam decoras mulieres habent. ut non pro his merito
pugnare debeant contra eos. Videns itaque iudith ho
lofernem sedentem in conopeo quod erat ex purpura
et auro et zmaragdo et lapidibus pretiosis intextum.
et cum in faciem eius intendisset adoravit eum prester-
nens se super terram. et elevaverunt illam servi holofer
nis iubente domino suo. Tunc holofernis dixit ei. XVII
Aequo animo esto et noli pavere in corde tuo. quoniam
ego numquam nocui virum qui voluit servire
nabuchodonosor regi. populus autem tuus si non con
tempsisset me. non allevassem lanceam meam super illum.
Nunc autem dic mihi qua ex causa recessisti ab illis.
et placuit tibi ut venires ad nos. Et dixit illi iudith.
Sume verba ancillae tuae. quoniam si secutus fueris verba
ancillae tuae perfectam rem faciet dominus tecum. Vivit enim
nabuchodonosor rex terrae et vivit virtus eius quae est
in te ad correptionem omnium animarum errantium.
quoniam non solum homines serviunt illi per te. sed et ipse
bestiae agri obtemperant illi. Nuntiatur enim
industria animi tui universis gentibus. et indicatum
est omni saeculo quoniam tu solus bonus et potens es in om
ni regno eius. et disciplina tua omnibus provinciis praedica
tur. Nec hoc latet quod locutus est achior. et illud
ignoratur quod ei iusseris evenire. Constat enim

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 15346, Cod15346_6r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-7d54/3878/41105)